

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio x  
cum fonte primo

Horrendo modo

Horrendo igitur modo  
erit tunc reprobis dolor cum formidine,  
flamma cum obscuritate. Sic sic uidelicet  
a damnatis sentiri pondus summae  
aequitatis debet, ut qui a uoluntate  
conditoris nequaquam sunt ueriti  
discrepare dum uiuerent, in eorum  
quandoque interitu ipsa a suis  
qualitatibus etiam tormenta discordent,  
quatenus quo se impugnant, cruciatus  
augeant et cum uarie prodeunt  
multipliciter sentiantur. Quae tamen  
supplicia in se demersos et ultra uires  
cruciant, et in eis uitae subsidium  
exstinguentes seruant, ut sic uitam  
terminus puniat; quatenus semper sine  
termino cruciatus uiuat quia et ad finem  
per tormenta properat, et sine fine  
deficiens durat.

fit miseris mors sine morte, finis  
sine fine, defectus sine defectu quia  
et mors semper uiuit, et finis semper  
incipit, et deficere defectus nescit.

Fit ergo miseris mors sine morte, finis  
sine fine, defectus sine defectu, quia  
et mors uiuit et finis semper  
incipit, et deficere defectus nescit.

Mors perimit et non exstinguit, dolor  
cruciat sed nullatenus pauorem fugat,  
flamma comburit sed nequaquam  
tenebras excutit.

Quia igitur et  
mors perimit et non exstinguit; dolor  
cruciat, sed nullatenus pauorem fugat;  
flamma comburit, sed nequaquam  
tenebras discutit;

Gregorius ibidem (libro IX. moralium).

quantum per notitiam praesentis uitae  
colligitur, supplicia ordinem non habent,  
quae non suam per omnia qualitatem  
tenent.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9, 66  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.528,  
ll.13-31).